



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.38. Sessio septima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII. remanere jubeant, vetentque eas viola.
A. C. 787. ri, aut ad usus profanos adhiberi. Tandem respondentes ad Anathema Germano, Georgio, & Mansur dicto, magnos tres Viros S. Germanum Patriarcham Constantinopolitanum, S. Georgium Cypensem, & S. Joannem Damascenum insigni elogio extollunt.

§. XXXVIII.

Sessio septima. Definitio Fidei.
Exinde elapso octiduo Concilii Nicenii Sessio septima decimo tertio Octobris anno 787. habita.

Theodorus Episcopus Taurianensis Fidei Definitionem a Sacra Synodo cinnatam legit in hunc modum: *Definimus cum omni diligentia & cura, ut Sanctæ Imagines ex coloribus, sive ex tessellis, sive ex quacunque alia materia commode parata, sicut etiam figura Crucis in Ecclesiis, in Vasis & Vestibus sacrarum, in parietibus & tabulis in domibus privatis & viis publicis collocentur, maxime autem Imago Domini Nostri Iesu Christi, Sanctæ ejus Genitricis, Angelorum, omniumque Sanctorum. Nam quo saepius Christiani eorum imagines inserviant, eo magis ad Prototyporum memoriam accedunt, & desiderio tenentur. His Imaginibus salutationis & adoratio- nis honor exhibeat, non autem vera Lo-*

tria, quam *Fides nostra imperat, & Sæcul. VIII.*
 soli *Divinæ Naturæ competit. Obla-* A. C. 787.
 tiones tamen suffitorum & luminarium
 fiant ad eundem modum, quo *Crux, Eu-*
angelia, aliæque Res Sacræ coluntur,
 idque a veteribus Christianis in consue-
 tudinem adductum est. *Imaginis enim*
 honor in Prototypum resultat, & qui a-
 dorat imaginem, in ea adorat descriptum
 argumentum. *Sic Patrum nostrorum*
Disciplina obtinet, & Ecclesiæ Catholi-
cæ docet Traditio. Sic S. Pauli Præce- I. Thess. 2. 14
 pto inhærentes, servamus Traditiones, p. 558.
 quas suscepimus. *Igitur qui ausi fuerint*
 aliud sentire, aut docere, aut more impio- 13. Octobr:
 rum Hæreticorum Ecclesiæ Traditiones
 contaminare, aut novam afferre Do-
 ctrinam contra consuetudines Ecclesiæ,
 Evangelium, Crucem, Imagines, & San-
 ctorum Reliquias, aut Vasa Sacra, aut
 venerabilia Monasteria violare, si fuerint
 Episcopi aut Clerici deponuntor, si Mo-
 nachi vel Laici Communione privan-
 tor.

Huic Decreto subscripserunt Lega- p. 575.
 ti, (*) omnesque Episcopi numero tre-
 centi

(*) Et quidem omnium primi ante Tarasium
 Patriarcham Constantinopolitanum, qui tertius
 nomen apposuit in hunc modum: *Tarasius mi-*
seratione Divina Episcopus Constantinopoli-
Hist. Eccles. Tom. X.

Sæcul. VIII.
A. C. 787.

centi cum quibusdam Presbyteris & Diaconis qui nomine Episcoporum absentium manum apposuerunt. Postquam deinde Sacra Synodus multis acclamacionibus suum consensum manifestasset;

Sessio septima.

Concilio Constantinopolitano contra imagines celebrato, & quibusdam Viris nominatim, nempe Theodosio Episcopo Ephesino, Sisinnio cognomento Pastilla, Basilio Tricacabo, Anastasio, Constantino & Nicetæ Patriarchis Constantinopolitanis, Theodoro, Antonio, Joanni, Theodoro Syracusano cognomento *Critinus*, Joanni Nicomediensi & Constantino Nacoliensi Hæresiarchis Anathema dixit. Econtra æternam memoriam & vitam precati sunt Patres S. Germano Constantinopolitano, S. Joanni Damasceno, & S. Georgio ex Cypro, quos Pseudo Concilium anathematizaverat.

p. 578.

His omnibus peractis, Tarasii & totius Synodi nomine scriptæ sunt duæ Epistolæ, altera ad Imperatorem, Matremque ejus, & altera ad Clericos Civitatis Constantinopolitanæ, ut, quid actum esset, edocerentur. In Epistola ad Imperatorem vox: *Adoratio, explicatur: Adorare & salutare Synonyma sunt, Gra-*

p. 782.

nus novæ Romæ Patrum Dogmatibus insiftens & Catholicæ Ecclesiæ adhærens, definiens subscripti. Secund. Vers. Conc. Nic. II.

ce προσκυνεῖν Εἰς ασπάζεσθαι quippe in lin- Sæcul. VIII.
 gua Græca antiqua νῦν significat saluta- A. C. 787.
 re seu osculari, & præpositio πρὸς majo-
 rem affectionem exprimit. Eandem For-
 mulam in Sacra Scriptura invenimus,
 ubi dicitur, quod David vultu in terra
 fixo Jonatham ter adoraverit, & oscula-
 tus fuerit. S. Paulus dicit, quod Jacob 23. Ottob.
 supremam partem sceptri Joseph adorave-
 rit. In rem istam S. Gregorius Theolo-
 gus dicit: Honorate Bethlehem, & Præ-
 sepe adorate! bac etiam mente quando p. 583.
 Cruces salutamus, cantamus: Adoramus
 Crucem, Domine! & adoramus Lanceam,
 quæ latus tuum aperuit. Quæ verba ni-
 bil aliud manifeste indicant quam saluta-
 tionem; idemque confirmatur ex eo,
 quod ista Passionis instrumenta labiis no-
 stris contingamus. Si vero banc vocem:
ADORATIO in Scriptura & in Pa-
 tribus ad significandum cultum latrīæ in
 Spiritu legimus, inde est, quod hæc vox
 plures significaciones habeat. Datur e-
 nim adoratio mixta affectibus honoris, a-
 moris, & timoris, qualis ea est, qua Ve-
 stram Majestatem adoramus (hic sermo
 ad Imperatorem dirigitur) datur oratio,
 quæ a solo timore proficiscitur, qualis
 fuit Jacobi Esau adorantis. Datur alia,
 qua Gratias agimus; bac adoratione A- Gen. 30.
 brabam filios Heth ob sepulchrum Saræ
 concessum prosecutus est. Hinc Scriptu-

I i 2 ra

Sæcul. VIII.
A. C. 787.
Gen. 33. 7.

*ra veritatem nos docens dicit: Dominum
Deum tuum adorabis & illi soli servis.
Adoratio ponitur in Scriptura indefinite
tanquam vox æquivoca, quæ etiam alii
competere possit; sed ad Deum solum re-
stringit latriam, quem cultum soli Deo
tribuimus. Huic Epistolæ non nulli Tex-
tus Patrum juncti erant.*

§. XXXIX.

*Seffio ultima Constantino & Irene
præsentibus.*

p. 590.

Imperator & Imperatrix accepta Epis-
tola ad Tarasium Patriarcham litteras
dederunt, quibus mandabant, ut omnes
Episcopos Constantinopolim perducere,
cumque advenissent, diem illa præstituit,
nempe vigesimum tertium Octobris e-
jusdem anni 787. quo congregarentur
& ipsa eorum conventui interesset. Hac
igitur Sacrae Synodi Seffio ultima fuit
Constantinopoli in ædibus Magnauri-
nis.

p. 591.

Imperatrix cum Filio Imperatore
primo loco consedit. Patriarcham deinde
Principes invitarunt, ut primus loque-
retur, ipsi quoque locuti sunt, & Epi-
copi magnis acclamationibus responde-
runt. Tum Imperator & Imperatrix
Concilii Decretum recitari præcipiunt,
& interrogant, an omnibus consentien-
tibus fuerit publicatum; quod Episcopi
sæpius